SAMMELHANDSCHRIFT MIT ORDENSSCHRIFTEN DER AUGUSTINER CHORHERREN
Dürnstein, 3. Viertel 15. Jh. und 1507 Seite 85r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift



gloriari: nec extollant si qui vite de suis
facultatibus aliquid ꝯtulerit: nec de suis
diuitijs magis superbiant quam eas monasterio
partiunt: quam si his in seculo fruerentur
Alia quippe quecumque iniquitas in malis
operibus exercetur vt fiat: superbia vero etiam
bonis operibus insidiatur vt pereant. Et quid
prodest dispergendo dare pauperibus et pauperes
fieri: cum anima missa superbior efficitur diui-
tias ꝯtemnendo quam fuerat possidendo.
Omnes ergo vnanimiter et ꝯcorditer viuite:
et honorate in vobis inuicem deum cuius
templum facti estis Secundum Capitulum
Orationibus instate: horis et temporibus
constitutis. In oratorio nemo
aliquid agat nisi ad quod est factum:
vnde et nomen accepit. Si vero forte aliqui
preter horas ꝯstitutas si eis vacat et
orare voluerint: non eis sint impedimen-
to qui ibi aliquid agendum putauerint.
Psalmis et ymnis cum oratis deum: hoc ver-
setur in corde quod profertur in ore. Et nolite can-
tare nisi quod legitis esse cantandum. Quod
autem non ita scriptum est vt cantetur: non cantetur
Carnem vestram domate ieiunijs et abstinen-
tia esce et potus: quantum valitudo per-
mittit Quando autem aliquis non potest